

CONCORDIA  
GENERALIS  
DOCTORVM  
AD  
REGVLAS SOLVTIONVM.


Pro qualibet variatione Monetarum , varijsque  
contrahendi formis .

*In tractatu de Augmento Monete præscriptas .*

A V C T O R E  
IO. BAPTISTA CORAZZARIO GENVENS.



ROMAE , Ex Typographia Ludouici Grignani : MDCXLII.  
SUPERIORVM PERMISSV.



deo omnes dicitur hoc, deo, gaudiem  
SERENISSIMO PRINCIPI  
IO·AVGVSTINO MARINO  
SERENISS. GENVENSIS REIPVB.  
DVCI. FOELICITATEM.



AELICIA inter auspiciati Honoris Tui auspicia, En geminam veritatis antiquæ, quæ in Coronas Tuas ita ambit inseri, ut Serenitatem Tuam in Gloriosæ Reipublicæ nostræ æternas inuehat Tabulas. Olim Sereniss. Princeps librum composui de Augmento monetæ, nuperq; illum in lucem dedi, in Honorem (hoc enim vnicum in votis mihi fuit) Omnipotentis Dei, Reipublicæ nostræ bonum, salutemq; periclitantium Animarum. Hic Serenissime operis mei finis.

† 2 Cum



# CONCORDIA GENERALIS DOCTORVM AD REGVLAS SOLVTIONVM.



V M quæstio de Augmento monetæ, teste Regnaudo, *in princip. tract. sit*, vt verbis eius loquar,  
*Antiqua, alta, magna, & profunda; Vtis quoque,*  
teste Bruno, *eod. tract. lim. 8. & quotidiana, sed male,*  
*inquit ipse, tractata, & peius intellecta;* vt proinde in ea, teste etiam Thesauro, *eodem tract. par. 2.*  
*nu. 31. Doctorum tam antiquorum, quam recentiorum traditiones concurrere, & è diametro pugnare*  
*videantur.* Nobis in superiori discursu ad commune præscriptum,  
& Imperatoris exemplum, §. ult. *Instit. quib. ex cauf. manu. non lic.*  
Medium eligentibus, Placuit cum eodem §. 25. *de rer. diuis.* Media  
sententia, quæ suum cuiq. tribuens, nec omni, nec nulli debito adiudicet augmenta monetæ; sic uno ore conclamantibus, communi obseruantia, Iuribus omnibus, & Doctoribus, vt in terminis demonstravimus.

At

¶. I.

*Præsuppositio Terminorum.*



RIVS QVAM quid communiter de hac re statuendum sit ostendatur. Præsciendum est, vt monet Rener. cap. 2. Nobis autem supponendum ex dictis supra art. 3. & 4. Aliam speciei, aliam Generis esse obligationem, & inter illa duo discrimen notabile constituendum, vt inter optimos Scriptores, & communiter receptum, atque usitatum apud illos est indubitatum, qui eorundem Doctorum Virorum scripta, tractatus, & consilia cum aliquali attentione viderunt, & legerunt.

Generis, & speciei multiplex est acceptio. Primò & communiter, ut cum glos. not. DD. in l. 2. ff. de reb. cred. Aliter accipitur apud Logicos, aliter apud Legistas. Apud Logicos Genus dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, vt animal de homine, & icones Species de pluribus differentibus numero, vt homo de Socrate, & Platone. Apud Legistas Species vocatur corpus aliquod demonstratum, vt hic aureus, hoc triticum. Genus, quod sine demonstratione profertur, vt aureus, triticum.

Secundò, & magis propriè in præsenti, Species accipitur pro qualibet genere monetæ realis communis pluribus corporibus eiusdem materiæ, & formæ, vt. Aureus Romæ, Argenteus Genuæ, Dupla Hispaniæ, & similium, quorum plura corpora reperiuntur; quæ species à Fab. cap. 8. 9. & 19. dicitur, *specifica*.

Genus verò dupliciter accipitur. Vno modo pro quadam specie monetæ realis, quæ ad modum generis concipiatur communis pluribus specificibus, non cuiusvis, sed æquipollentis materiæ, & formæ, vt scutum Romæ, libra Florentiæ, florenus Germaniæ, qui licet sit certa species monetæ realis, ex usu tamen, vt refert Layman. nu. 11. apud illos in Instrumentis apponitur, non vt certa species pecuniae, sed potius vt genus, seu aestimatio, ac mensura omnis pecuniae probæ, ac receptæ, & talis species ab eodem Fab. loco cit. dicitur, *Numeralis, & generica magis, quæ specifica*.

Alio modo Genus accipitur pro quadam summa, & quantitate aestimatione.

## PROTESTATIO.

**E**ae, Serenissime Princeps, à me disputata, Sua Serenitas, vt spero, pro sua benignitate accipiet, vt veritas hæc tanta Doctorum nube confirmata magis elucescat. Nec alio animo à me prolatæ.

Absit enim à me priuato viro ad illam arrogantiā adsurgere, vt legem Serenissimæ Reipublicæ ego præscribam, aut sapientissimum illum Senatum, cuius insignem prudentialiam, iustitiamque suspicio, & veneror, ad sententiam meam solam pertrahere enitar; sed humillimè, & cum omni deuotione animi hoc meum obsequium, Serenitati Vestrę, totiusque Reipublicæ Serenissimæ, sapientissimo offero iudicio.

